affectioni q. r. p. u. g. n. e. t. cognitioni. Et ppter-
ea nō sequit. q. si intellectus pōt cogi. q. et
affectus. Ad illud q. obicit. q. potest in-
duci. Dicendū q. et si iductio uideat esse
q. d. a. z. coactio. maxie fm hūana iura que di-
cunt illud q. sit cā metus non eē habendū
ratū. maxie de eo metu qui pōt cadere in cō-
stantē uix. p. e. o. q. cōsiderat exteriora opa. f-
ueritatē tamē ista iductio stat cū libertate uo-
lūtatis. nec ei ipugnat in aliquo. sed potius
ipugnat plenitudini amoris et uolūtatis. nō
eiz ita plene uult aliq. q. uult ex ditione.
sicut quādo uult absolute. sicut p. z. o. i. a. c. t. i. o.
ne mercū in mari. n. i. b. i. l. e. m. i. n. u. s. tamē saluat
ibi rō libertatis et uolūtatis. Unde talis me-
tus apud deū nō excusat a culpa. sicut apte
p. z. in negatione a Petro facta. et ppter ea nō
sequit. q. si possit a creatura iduci. q. possit
cogi. Nec ualet q. obicit de dispōne q. h. z.
fieri necessitas p iterationē. hoc eiz uex est
respectu uirtutis naturalis et actus qui deter-
minatur ad unā d. r. a. z. d. r. i. e. t. a. t. i. s. nō autē uex
est respectu uolūtatis que absoluta ē. et q. tū
est de se v. t. i. b. i. l. i. s. Preterea. Illud habet
locū in eo genere dispōis que ē eiusdē ge-
neris et pprietatis. ut ē dispō p. x. i. a. et m. o. t. a.
Sic autē non ē in p. p. o. s. i. t. o. ut ostēsum ē supra
Et sic patent obiecta.

Quinto querit de li. ar. in opatione
ad mouēs primū. s. ad ipm deum.
Et ē questio. Utrū li. ar. possit a
deo cogi. Et sic uidet. Luce xiiij. Exi
uias et sepes et opelle itrare ut impleat domus
mea. Si ergo in domū dei nō igit itrare
nisi p usuz li. ar. et dñs itrare opellit. uidetur
q. li. ar. cogit. Itz Johannis vi. Nemo
uenit ad me nisi pater traxerit illum. sed ad
xpz nō itur nisi p li. ar. actū. Si ergo li. ar. nō

uenit ad filiū nisi trahat a patre. et tractus ē
motus uiolētus. sicut dicit philo. **Libez ar.**
a deo uiolētatur et cogitur. **Item puer.**
xx. Sicut diuisiones aquarū ita cor regis in
manu domini quocūq; uoluerit inclinat illō
ergo si libez arbi. inclinat ad unam ptez cō
tradictionis q̄tūcūq; ad illā inclinetur. de
potest pfecte facere q̄ uelit oppositū. ergo
pōt cogere libez arbi. ad uolendū. **Item**
omnis creatura ē i pfecta obediētia respectu
creatoris. ergo si libez arbi. aliquid creatum
a deo ē. necesse ē ipm esse i pfecta obediētia
respectu dei. ergo si alicūa uirtus pōt a deo
pelli. pōt et uirtus liberi arbi. sed de
o alius
creaturis potest facere cōtra ppriā naturā.
ergo et de libero arbi. pōt facere cōtra ppriā
libertates. ergo potest ipm pcellere. **Item**
plus potest facere liberi arbi. diuinum super
humanū q̄s possit libez arbi. humanū super
aliquod brutū. sed homo pōt aliq̄ brutum
cogere ad aliq̄a opationez inferēdo sibi uio
lentiam. ergo multo fortius uirtus increata pōt
cogere uolūtaez nostrā. **Sed contra.**
Aug. sup Genesiz ad litterā. Taz non pōt
deus facere cōtra naturā quā bonas instituit.
q̄s nō pōt facere cōtra uolūtatē suā. si ergo
deus uolūtarie libertatē liberi arbitrii dedit.
ipossibile est eū de libero arbitrio facere con
tra inditam sibi libertatem. sed si ipz cogē
do. libertates eius faceret. ergo libez ar. cogi
a deo est ipossibile. **Item Aug. xix. de ci**
uitate dei. Illud est unicūq; rei naturale q̄
de ipsa facere disposuit omnipotētis uolū
tas. ergo si nullū naturale est uiolētū. nihil
q̄s facit deus ē uiolētū. si ergo ois coactio
est p uiolentiā. quicq̄ de libero arbitrio faci
at nullā pōt sibi inferre uiolentiā. ac p hoc
nulla coactio. **Item uolūtas hoc ipso libe**
re uult. quia cū uult. uult se uelle et seipz
mouet. sed ipossibile ē uolūtatē aliquid uelle
plene quin illud uelle sit a uolūtate seipsa
mouente. et quin uolūtas uelit se uelle. er
go ipossibile est libez arbi. cogi. nō solum
ab aliquo creato. uerum etiā nec a deo. **Item**
nihil aliud est dicere aliquē facere ali
quid ex coactione q̄s q̄ faciat illud inite. er
go libez arbi. uel uolūtatē cogi ad actū p
priū non ē aliud q̄s q̄ uolūtas aliq̄d uelit
iuita. sed si est inuita respectu aliorū. illud

non uult. ergo uolūtaez cogere nihil aliud
ē facere nisi facere uolūtatē sū et semel uelle
et nolle. si ergo duo cōtradictoria simul esse
non tantū est ipossibile creature. uerū etiā
creatrici essentie. patet. **Item tūc aliq̄**
uirtus cogitur quando ad oppositū sue incli
natiōis mouet. s; libez arbi. eo ipso q̄ libez
ita natum est inclinari ad unū oppositū.
sicut et ad reliquū. ergo libertas eius saluat
in inclinatione ad utrūq; oppositū. siue ad
hoc inclinetur siue ad illud. si ergo coactio
excludit libertatem et libertas non excludit
ad quodcūq; inclinetur. ergo ex nulla incli
natiōe cogi potest libertas arbi. sed non est
alius modus ipsum cogendi nisi inclinando
ipsum ad aliquod uolūtū. ergo ipossibili
le est ipsum cogi. nec p mouens creatū nec
p agens primū. **Responsio.** Ad p̄dicto
rum intelligentiā est notandum. q̄ cū queri
tur **Utrum libez ar.** possit cogi a deo et q̄
istud potest intell igi dupliciter. Aut ita q̄
intelligatur q̄ possit auferre libertates. et au
ferendo libertatē supinducere coactionez. et
hoc modo nulli dubium esse debet quin de
possit hoc facere quātū est de imensitate
sue potentie. Aliomodo ut intelligatur q̄
deus cogit libez arbitriū salua pprietate li
bertatis et eius natura. et hoc modo nō solū
est ipossibile. sed etiam non intelligibile.
p eo q̄ implicat in se duo contradictorie
opposita. ex hoc eiz q̄ libez ē. si aliq̄d uult
libere uult. et ex hoc q̄ uolūtarū est. si ali
quid uult. uolūtarie uult. et seipso uolente
uult. ex hoc autem q̄ cogitur si aliq̄d uult
seruiler uult. et si quid uult. iuite uult. et si
quid uult ab alio uult. quia uiolētū ē cū
principium est extra nihil conferēte uiz pas
so. ergo libez arbitriū cogi non est aliud q̄
actum libere arbitrii simul et semel ē libez
et seruilem. esse uolūtarū et uiolūtarū. esse a
se et non a se. si ergo ipossibile ē q̄ clau
dat intra se utrūq; prem cōtradictionis. non
tantū est ipossibile creature. uex etiā crea
trici essentie. quia illud posse non est posse.
sicut in primo libro ostensum est. Planus ē
q̄ libez arbitriū fm hunc modū intelligendi
adeo cogi est ipossibile. Unde concedēde
sunt rōnes ad hoc inducte. **Ad itelligen**
tiam rōnū ad ad oppositū adductarū

notandū est. q. differt dicere uolūtātē induci
 1 uolūtātē mutari 1 uolūtātē cogi. **T**ūc eim
 induci dicitur quādo aliq. p. sūasio fit q. dispo
 nitur ut ad aliq. appetit. ille inclinet. q. si uolō
 intrinseca sit. nōmē coactiōis fortit. q. uis nō
 sit uera coactio ut ostēsum est supra. **T**ūc
 autē uolūtās mutatur. q. ipsa uolētē unum
 potētī v. tute affectio imittitur ei ad v. trariū
 1 de nolente fit uolēs. ita q. una affectio ex
 pellitur 1 v. trā iducitur. sicut patz cū deus ex
 amatore tēporaliū facit tēporaliū v. tōrē. 1
 hec dicit eē qdā v. pulsio 1 tractio diuina cū uo
 lūtās ab ea re sepetur. cui p. amoris glutinū
 fortiter iūgebatur. **T**ūc autē uolūtās dicitur
 cogi. q. intelligitur ipaz iuitā aliquid uelle.
 1 ipugnātē actu uolūtatis v. liberatē. aliena
 v. tute mouētē 1 repugnātia manētē ad aliud
 uolēdo incliari. 1 hec duo opposita implicat
 sicut ostēsum ē. **U**olūtās ergo induci pōt ab
 agētē creato. **M**utari vō ab alio nō potest
 nisi ab agētē icreato. **C**ogi vō ab aliquo nō
 pōt. **E**t p. tanto dicit **Bernardus** q. libertas
 uolūtatis ē ita plena suo mō i creatura sicut
 in creatore. 1 q. in oibz repitū equaliter.
Noc eiz sicut supra explanatū fuit. itelligit
 q. tū ad coactiōis priuatiōez. **E**t p. hoc ma
 nifesta est nōsio ad auctoritates 1 rōnes. q.
 eiz dicitur in scriptura deū uolūtātē homis
 v. pellere 1 uolūtātē homis trahere 1 uolun
 tatē homis ad quodcuq. uoluerit inclinare. si
 aut ostendunt ille tres prime auctoritates.
Hoc eiz intelligitur nō quia uolūtātē cogit. s. q.
 quia uolūtātē creatā nō solum inducit sicut
 agēs creatū. uex etiaz imutat imittēdo affe
 ctiones uarias. in qua imittēdo nō ē coactio
 p. eo q. ita uoluntarie uolo illud quod deus
 imittit. sicut illud quod ex me ipso uolo.
 et si aliquid uolo. uolēs uolo nō iuitus. 1 ita
 in uolēdo ad nihil compellor. **A**d illō q.
 obicitur de pfecta obediētia creature. **D**icē
 dum q. ex hac rōne potius pōt v. cludi oppo
 situm q. ppositū. quia eim ibi ē obediētie
 pfectio 1 li. ar. respectu dei ad omne q. dē
 uoluerit. sic habet moueri sicut pila ad mo
 tum. **E**t ideo quicqd. de ipso uel v. tra ipm fa
 ciat. nō compellit nec uolētāt nec etiā alicui
 creature uolentiā inducit q. tū ad illā poten
 tiam obediētie. q. tū autē ad potētā spūa
 lis nature bene aliq. n. infert uolentiā i mira

culorum opatione. sed talis uolētā infertur
 uirtuti naturali nō uoluntati. quia v. natu
 ralis sic est determinata ad unū ut si trahat
 ad oppositū. hoc est p. uolētiam. **U**oluntas
 uero uertibilis est ad utrūq. oppositū sicut 1
 rota 1 pila habet uertibilitatē ad motum.
Ad illud q. obicitur. q. plus pōt liberū
 arbitriū diuinū sup. homiez uel humanū q.
 humanū. **R**. Dicendū q. uex est in his que
 possibile ē posse. **P**osse autē cogere brutū
 hoc est possibile. sed posse cogere libez ar.
 manēs libez hoc est inordinatiōis 1 ipotētie
 sicut prius ostēsum ē. **C**oactio eim nō sic
 repugnat nature brutali sicut repugnat liber
 tate arbitrii. 1 p. p. terea illa obiectio nō con
 cludit.

Exto 1 ultimo queritur de li.
 ar. in compatiōe ad corpus con
 iunctū. **E**t est questio. **U**trū
 p. p. terea ineptitudinē corporis li
 gari habeat q. tū ad usum. **E**t q. sic uidet.
Bernardus de li. ar. **I**nfantis 1 infantis q. dor
 mientibus nihil q. agant iputatur. sed hoc
 nō ē nisi quia carēt usu li. ar. 1 hoc nō est
 nisi p. p. terea impedimentū a pte corporis. ergo
R. **I**tem hoc ipm uidetur exēplo. **Q**uia
 vir sanctus 1 castus cui caritas est magna. fre
 quēter in somnis v. sentit op. carnis q. nullo
 mō faceret tēpore uigilie. ergo in somnis li
 gatur actus li. ar. sed hoc nō est nisi p. lassit
 tudinē 1 ineptitudinem ex pte corporis. ergo
R. **I**tem deficiēte priori deficit id quod
 posterius ē. si ergo ipeditur aliquis actus qui p.
 ābulus est ad usū li. ar. p. ineptitudinē corpo
 ris. necesse ē 1 usū liberi ar. ipediri. **E**t ad
 pambulū ad li. ar. ē opatio itelleci q. p. p. terea
 ineptitudinē corporis ipeditur. sicut patet in
 dormiētibz 1 i freneticis. **E**t philo. dicit q.
 corrūpitur quodā interi. corrupto. 1 hoc dō
 cet ipsa expientia. ergo **R**. **I**tem sicut hō
 lassatur in sentiēdo. ita etiā lassatur i cogitā
 do 1 i meditādo. sed q. corp. lassatur i sen
 tiendo. ideo idiget q. tē somni i quo ipedit
 ab opatiōibus sensui. ergo pari rōne necesse
 ē li. ar. p. p. terea lassitudinē corporis ab actu et
 usu p. p. terea ipediri. **S**ed 5. **T**ertio regū
 quarto refert hystoria q. dñs i sōnis appa
 ruit **Salomoni** 1 merito petitiōis quā fecit.
 dñs dedit ei sapiām multām nimis. si ergo

mereri aliquid apud deum et sapias suscipere hoc est usus liberi. ar. et rationis. uidetur quod propter lassitudinem et ineptitudinem corporis et quod in somnis liberum arbitrium ab actu suo non habeat impediri. **Item Grego.** super illud Job. **T**erribis me per somnia. loquens de nocturnis illusionibus. hec malignos spiritus agere superna dispensatio benigne permittit in electorum cordibus. ne ipse saltem a passionis primo somnus uacet. ergo contingit in somnis mereri. ergo propter ineptitudinem corporis liberum arbitrium non amittit usum proprium. **Item aia** quantum ad propriam operationem intellectus siue li. ar. nullius partis corporis est actus. nec illa operationem exercet per aliquod organum. ergo quantumcumque corporale organum uel ledatur uel fiat ineptum. li. ar. non perdet suum usum. **Item** quanto aia magis recolligitur ab exterioribus ad interiora tanto magis uiget operatio interior. sed cum ligatur organum sensui exteriorum recolligitur uires anime ab exterioribus ad interiora. ergo tunc magis debet uigere operatio interior. sed penes hanc attenditur liberi ar. usus. ergo quando corpus efficitur ad sentiendum ineptum. utpote per sonum li. ar. tunc debet habere potissime usum proprium. **Item** uidere futura hoc est rationis maxie eleuate. sed in somnis potissime fit reuelatio et uisio futurorum. ergo altissimus actus rationis uiget in somnis dum est ineptitudo ex parte corporis. pari ratione et usus li. ar. **Item** multo magis pendet ex corpore uis fantastica et imaginatiua quam rationalis uirtus et intellectus. ergo si propter ineptitudinem a parte corporis que quidem est in freneticis uel etiam in somnis non impeditur operatio fantastica. immo etiam uiget. uidetur quod non debeat impediri operatio intellectus. **Est** ergo questio cum operatio liberi arbitrii. uel etiam intellectus nullomodo pendeat ex corpore. unde est hoc quod impeditur et ligatur propter aliquam ineptitudinem factam contra corporale organum. **Et** itez. si impeditur cum minus pendeat ex corpore quam uirtus fantastica. unde hoc est quod magis perdit usum suum ratio in somnis quam fantasia uel imaginatiua. **Et** iterum. cum ratio quantum ad actum liberi arbitrii maxie sit potens et libera. unde est hoc quod propter ineptitudinem ex parte corporis facilius tollitur usus liberi arbitrii quam aliquis actus rationis.

In somnis enim aliquis homo habet rationales motus. et in furiosis similiter hoc uidetur. quod multa dicunt que non possunt dicere nisi rationem haberent cum ad interrogata respondent. In neutris tamen dicitur usus liberi arbitrii esse. omnia hec difficilem faciunt questionem. **R**espondeo. quod si ad hanc questionem facile sit respondere cum queritur. **U**trum liberum arbitrium ligetur per corporis ineptitudinem quantum ad usum. quantum ipsa experientia hoc plane docet et manifestat quod ligatur in paruulis et dormientibus et furiosis. **A**d illam tamen questionem que hanc subsequitur. uidelicet quare ligatur liberum arbitrium ex corporis ineptitudine cum non sit potentia alligata organo. ualde difficile est respondere et eius assignare causam. **I**ntelligendum tamen est. quod est quadruplex modus satisfaciendi huic questioni. **Q**uidam enim dicere uoluerunt quod usus rationis uel etiam liberi arbitrii impeditur et ligatur ex corporis ineptitudine propter anime conuersionem. **Q**uidam uero propter obsequium corporalis priuationem. **T**ertius hoc est modus dicendi. quod propter operationis rationis communicationem. **Q**uartus autem modus est propter corporis et anime unionem ad tertii constitutionem. **P**rimo propter conuersiones dixerunt aliqui animam impediri ab actu rationis existente ineptitudine ex parte corporis. **A**ut eiz est corpus ineptum ex aliqua lesione interiori. sicut est in furiosis et freneticis. et tunc anima cessat ab operatione intelligendi. propter hoc quod nimia compassione conuertitur ad corpus ratione nobilis organi lesi. **A**ut est ineptum ex imperfectioe que est in membris et organis sicut est in paruulis. et tunc anima adeo est intentata gubernationi corporis et rebus quas per sensus corporis percipit quod quasi obliuiscitur sui. et ideo ex nimia conuersione ad corpus suum que est organorum lesione siue ex imperfectioe. contingit usus rationis et liberum arbitrium impediri. **S**ed hic modus dicendi non plene satisfacit. **U**idemus enim quod uehemens dolor ex parte corporis in extremitatibus factus. rationis usum non impedit. et tamen anima illum dolorem multum refugit. **I**tez in somnis minus conuertitur ad corporalia quam in uigilia. si ergo conuersio que est in uigilia

usum rōnis nō tollit. **P**ari rōne uidet q. nec cōuersio que est in somnis cōtra regimē corporis. **E**t ideo est scōs modus uidelz q. li. ar. a pprio usu habet impediri ppter priuationem obsequii corporalis. **E**t si enim opatio intellectus non fiat p organū. nihilomin⁹ tam uirtutes sensitiue ipsi intellectui faciūt ali- quod obsequiū ad hoc q. exerceat suū actū.

Dupliciter eim obsequitur uis fantastica intellectui in actu intelligēdi. in hoc uidelz q. offert illa fantastica intellectui possibilia. sicut obiectū offert spēm oculo. **E**t in hoc etiā q. intellectus excitari habet ab inferiori q̄dū est uiuētus corpori. **I**deo quādo lesio ē ī inep- titudo ex pte organi potētie sensitiue et fit p turbatio fantasmatū. impeditur usus li. ar. ī intellectus ppter hoc q. aufertur ibi debituz obsequiū. sicut ocul⁹ meus pōt impediri ab actu uidēdi ppter obscuratiōē aliquā factā in re uisibili que habet mihi spēm afferre. ī uisus meū excitare. **S**ed iste mod⁹ dicendi adhuc nō plene satisficit. p eo q. nos uide- mus opatiōē intellectus impediri non facto impedimēto in ope inferioris vtutis sensitiue. utpote imaginatiōis ī fantasie. **E**t iterū cū intellectus ī memoria itelligibilis aliquas spe- cies in se habeat abstractas. quas in se ī pe- nes se cōseruat. quas aia secū trahit cū a cor- pore sepatur. uidetur q. omni obsequio fan- tasie ī fantasmatū circūscripto. intellectus usum habere debeat respectu eoz quoz hz in se habitū. **I** hoc plane falsuz ē. quia ita hō impedit in somnis a cōsideratiōe eoz q. no- uit. sicut ab inq̄sitiōe eoz que nō nouit. **E**t pptererea ē tertius modus dicendi. q. opatio li. ar. ī rōnis ex corporis ineptitudine habet impediri ppter quādam cōicatiōem opatio- nis. **C**ōicat aut quoddāmodo potētia itelle- ctui opatiōē suā corpori uiuētū cū cōicē ei esse. ī ex eis fiat unū p essentia. nō solū q̄tū aia est uegetabilis ī sensibilis. sed etiā iq̄tū rōnalis. **A**ia eim rōnalis adueniens corpori humano. sicut ex sua unione facit ipsuz esse animal ī aiatum ita facit eē hominem. ī ideo sicut aliquā opatiōē cōicat corpori inq̄tū facit uiuū ī inq̄tū facit animal. sic etiā ali- quā cōicat inq̄tū facit hominē. licet non omnino uniformiter. **D**ifferenti enim mō cōicat anima corpori opatiōes que respiciūt

potentiā uegetatiuā ī sensitiuā. ī opatiōes potentie intellectiue. **N**am opa sensitiue ī uegetatiue sic cōicantur corpori ut sint ī cor- pore ī p corpus. sint etiā in corpore ī non sine corpore. **N**on eis nutrit animā nisi me- diante organo corporeo. nec nutrit nisi q̄- diu est in corpore. **I**ntelligere autē sic cōi- cat aia corpori ut sic intelligat cum corpore aliquo modo coagente. ut tamē nō intelli- gat p corpus. sic intelligat etiā in corpore ut tamen etiā intelligat cum ē sepata a cor- pore. quia uero dum est in corpore. cōicat ei rōnalem opatiōē. ideo facta inordinatiōe ex pte corporis. habet illa opatio impediri.

Sed iste modus dicendi columniā hz in hoc q. dicit. q. opatio intellectus aliquo mō cōi- catur corpori cū non uideatur uey. **E**t philo- cōtradidere uidetur in xvi. aialium ubi dicit q. intellectus est ab extrinseco. ppter hoc q. nullo modo est imixtus corpori. **E**t hoc ipz dicit in tertio de anima. **E**t itez. ī si con- cedatur q. homo intelligat. nullo tamen mō cōceditur nec de toto corpore nec de pte q. intelligat. **U**nde uidetur q. hoc dicatur de toto cōiuncto rōne ptis. i. anime. sicut cū di- citur. homo est albus hoc dicitur solū ratiōe corporis. **E**t pptererea est quartus modus dicendi. q. scilz opatio anime in corpore im- pediri habz ppter corporis ineptitudinem. **E**t huius rō est unio aie ī corporis ad unius- tertii constitutionē. q̄ est unū p essentiam. ī cui debetur ppria opatio fm q. est unum.

Nec autē opatio non ē uiuere tantū. nec sen- tire siue mouere. sed rōcinari ī intelligere. ī ppter ipam unionē non tantum pendz aia ex corpore q̄tū ad actum sentiendi. sed etiā aliquo modo q̄tū ad actum intelli- gendi q̄dū est in corpore. sed lōgo aliter ī aliter. **N**am quātū ad actum uegetandi ī sentiendi. sic pendet ut nullo modo possit il- los exercere nisi in corpore. **N**on autem sic de actu intelligendi. sic etiā pendet ut illos actus exerceat p corpus ī p organum corpo- reum. **N**on sic est de actu intelligendi. ī ideo actum sentiendi dicitur cōicare anima corpo- ri. **U**nde non absurde omnino dicitur ocul⁹ uidet. **N**on sic autē dicitur de actu intelligen- di. **D**icitur autem anima sentire p corpus ī nō intelligere p corp⁹. quia cū duo concurrat

ad actum intelligendi et sentiendi, uidelicet scire
et iudicare. In sentiendo receptio spiritus est a
corpore, sed iudicium est a uirtute. sed in intel
ligendo utrumque est a uirtute intellectiva, uidelicet
ab intellectu possibili et agente. **¶** propterea
intellectus dicitur uis non alligata materie, et
operationes hanc potest habere cum sit sepa
ta a corpore. quod diu autem est cum corpore, non
omnino intelligitur propter corpus. Sicut enim
esse anime in corpore aliquo modo pendet ex
corpore quod non pendeat esse ipsius anime
in se, ideo ad hoc quod anima sit in corpore, ne
cesse est corpus debite complexionatum esse,
et ad illius complexionis corruptionem trahit
animas amplius non esse in corpore. sic quod
diu anima est in corpore, intelligere suum non
est sine corpore et sine aliqua dispositione ex parte
corporis, cuius actualitas concitatur actui intel
ligendi, sicut congrua dispositio correspondebat
existentie anime in corpore et perfectioni eiusdem.
Illa autem actualitas attenditur secundum id quod est
supremus in corpore, et quantum ad nobilissi
mos spiritus qui locum habent in nobilissimis
organis corporis, et quoniam cum aliquid
aufertur ab aliquo prius aufertur ab eo illud
quod est in eo excellentissimum. et cum aliqua
uirtus debilitatur prius aufertur ab ea sum
mus quod id quod est citra summum, hinc est quod
in lesione corporis id secundum quod corpus con
formabatur operationi intellectus prius tollitur
quod id secundum quod conformatur operationi sensi
tue, et ideo fumositates ascendentes ad ce
rebrum que perturbant spiritus in somnis ut
in pueris uel in freneticis, uel quecumque alia
lesio organorum in quibus resident spiritus sub
tilissimi et nobilissimi corporales, facilius im
pedit usum rationis quam imaginationis. Et sic
patet ratio quare impeditur ex ineptitudine
corporis usus rationis, et quare magis impe
ditur quod usus inferioris uirtutis. Ex hac ea
dem ratione colligitur quare magis impedi
tur ratio quantum ad usum liberi arbitrii quam quantum
ad alienos actus rationales, quos in somnis et
furiosis aliquando dinoscitur haberi. Actus
enim liberi arbitrii respicit potentiam ratio
nalem prout est in omnimoda et plena liberta
te. Liber enim arbitrii dicitur dominus po
tentie respectu actus, sicut supra determina
tum est. Et quoniam cum impeditur aliqua

uirtus operatiua, primo aufertur ei actus ille
qui ei inerat secundum suam plenitudinem. sicut
patet cum aliquis infirmatur in pede, facilius
ei aufertur potentia uelociter currere quam po
tentia ambulandi, siue facilius impeditur hic
actus quam ille. Sic et in proposito facilius et fre
quentius contingit auferri usum libertatis
quam quecumque actum potentie intelligendi.
¶ Concedende ergo sunt rationes ostendentes
quod liber arbitrii ex ineptitudine ex parte cor
poris habet impediri quantum ad suum usum, si
cut impeditur in infantibus et furiosis et dor
mientibus. **¶** Ad illud quod primo obicitur
in contrarium de petitione Salomonis que
fuit in somnis. Dicendum quod illud fuit aut
gratie specialis et preuilegi, non legis communis
quod in somnis potuit mereri et dignus fuit exau
diri. Aut certe hoc dicitur non quia deo dor
miendo placuerit, sed quia aut uigilando et
precogitando illud deo placuerit, et quod in uigi
lia placuerat, dominus per reuelationem mani
festare uoluit in somnis. Frequentius enim
in somnis quam in uigilia appareat et consueuit.
¶ Et per hoc patet responsio ad sequens verbum
Gregorii, quod enim dicit sanctos viros in som
nis mereri, hoc dictum est quia occasio super
ta per ea que patiuntur in somnis, postmodum
merentur in uigilia, sicut uir peccator deme
reri dicitur in pollutione nocturna quare sua pre
cogitatione prouocauit, uel de cuius recorda
tione postmodum delectatur. **¶** Ad illud quod
obicitur, quod anima secundum operationem intellectualem
non est actus alicuius partis corporis, iam per
responsio ex predictis. Quamuis enim non operetur
per organum corporale, nihilominus tamen ad
hoc quod anima operetur in corpore, necesse est
corpus secundum nobiles spiritus et nobiliora organa in
debita actualitate et dispositione esse, sic pri
us ostensum est. Et quoniam hec dispositio
tollitur per corporis ineptitudinem, ideo per con
sequens actus rationis et usus liberi arbitrii
impeditur. **¶** Ad illud quod obicitur, quod anima in
somnia reuocatur ad interiora. Dicendum
quod uerum est, sed non quantum ad omnes operatio
nes interiores, sed quantum ad operationes na
turales. Nam somnus est quies uirtutis anima
lium cum intensioe naturalium, et ideo non
sequitur quod usus rationis uel liberi arbitrii in
somnia intendatur cum hec potius continuantur

sub uiribus aialib' q's natur. lib'. **¶** Ad illud quod obicitur. q' in somnis aia uidet futura. Dicendū q' sicut determinatū ē supra distinctione vii. In somnis non ē p'uisio futurorū nisi uisitatio emittatur ab altissimo. sicut dicitur *Eccle. xliij.* Magis autē dominus uisitāt in somnis q's in uigilia in tenendo futura. tum ppter hoc q' aia in uigilia est dispa ad exteriora sensibilia comprehendēda. tum etiam quia dominus qui posuit tenebras latibulum suū ad sui ipsius occultationē. magis uult in somnis q's in uigilia reuelationes emittere. tum etiam quia in somnis magis agitur homo q's agat et in reuelatiōe diuina plus se habet hoc p modū suscipiētis q's agētis. tum etiā quia in somnis medium tenet homo inter mortuū et uiuentē. ita quoddā moto a uita huius mundi recedit. de q' dominus *Exodi. xliij.* dicit. *Nō uidebit me hō et uiuet.* Ex hoc enī nō pōt deduci q' usus liberi arbitrii sit in somnis q'sus ibi cōtingat reuelationes fieri. quoniā in somnis magis agitur aia q's agat. sed in usu liberi arbitrii magis agit q's agatur. **¶** Ad illud quod obicitur. q' uis fantastica nō impeditur in somnis. Dicendū q' et si uideatur fantasia magis in somnis q's in uigilia uigere. nihilominus tū aliquo modo impediri habet. Potentior ē enī homo in uigilia ad imaginandū omne quod uult q's in somnis. licz motus imaginatiue non ita appareat in uigilia ppter conuersionem anime ad exteriora. et in somnis mediū motus sentiātur ppter anime conuersionē. **¶** Et si obiciat q' non sic impeditur quoniā aliquo modo habeat usum suū fantasia. ergo non debet impediri potentia superior. iam patet responsio ex his que supra dicta sunt. Facilius eim aufertur omnis potentia in summo q's citra sumum. et p'erea in somnis plus quietantur uirtutes animales q's naturales. motus autē et decursus illorū fantasmatū naturalis est. et ideo non sic impeditur usus fantasie sicut usus potentie intellectiue. Ad questionē autē que sequitur plana est responsio ex his q' p'dicta sunt.

In parte ista sunt questiones. Et primo queritur de hoc q' dicit q' libertas arbitrii p peccatū ex

pte est p'dicta. in illo capio. Unde manifestus est. **¶** Hoc eim est cōtra Bernardū q' dicit in libro de libero arbitrii. Nec miseria amittit nec culpa minuitur. **¶** Item in eodē libro loquens de libero arbitrio sui omnino diminutionē uel defectiōem si patitur. et itez ipse ibidez dicit. Libertas arbitrii de ipso quo condita est statu aliquaten' nō mutatur. sed equaliter quātū in se est a celsis tenēs iheris possidetur. ergo male assignat. **¶** Dag' diuersos gradus libertatis. **¶** Item si libertas arbitrii pōt p peccatū diminui cū non sit iherita aliquādo poterit amitti. ergo si impossibile ē creaturā rōnalem absq' libertate arbitrii esse. impossibile ē ipm p peccatū diminui. **¶** Responsio. Ad hoc dicendū q' est loqui de libertate arbitrii. quātū ad esse et quātū ad bene esse. Si loquamur quātū ad esse. sic li. arbitrii nō pōt diminui p peccatū. Si autē loquamur quātū ad bene esse. sic excludit malū duplex uidelicet culpe et pene. et quātū ad hāc li. arbitrii pōt diminui. hec libertas p peccatū potest tolli. sicut in dānatis qui necessario subiecti sunt malo culpe et malo pene. Et p hoc patet obiecta cōtra hoc. quia pcedit de libertate intelligēdo quātū ad esse. **¶** Item queritur de hoc q' dicit. Est nāq' libertas arbitrii triplex. s. a necessitate. a culpa et a miseria. Uidetur q' ista diuisio sit supflua. Cū enim non sit nisi duplex malū. s. culpe et pene. uidetur q' non sit nisi duplex libertas. cū ergo libertas dicat creptionē ab aliquo malo. uidetur q' nō debeat ēē nisi duplex libertatis differētia. **¶** Item cū non sit tantū malum culpe et pene sed etiā temptatiōis. uidet p'dicta diuisio esse diminuta que omittit unā dīam que est libertas arbitrii a malo temptationis. **¶** Si tu dicas eam contineri sub libertate a miseria. Tunc ego quero. Quare si militet libertas a culpa nō cōtinetur sub libertate a miseria. **¶** Item cū Bernard' in libro de libero arbitrii diuidat libertatē li. arbitrii in libertatē arbitrii et consilii et complaciti. Queritur que sit inter has diuisiones dīa. et penes quid sumatur harū diuisionū mēbra. **¶** Respondēdum q' sicut ex pcedētib' colligi pōt arbitrii libertas et priuatiue dicitur et positiue. Priuatiue dicitur p compatiōē ad illō respectu cuius dicitur libertas ut a quo.

positiue p compatione ad illud respectu
dicitur libertas ut ad qd. Libertas autē op-
ponitur seruituti. Seruitus autē duplex est
videlicet seruitus coactionis et seruitus subie-
ctionis. Seruitus autē subiectionis potē esse
sub duplici dīa fm qd duplex ē maluz. scilicet
malum quod patimur et hoc ē maluz miserie
et in hoc attenditur libertas a miseria. et ma-
lum quod facimus et hoc ē malum culpe. et in
hoc attenditur tertia libertatis dīa. Et sic
patet qd libertas fm qd consideratur p com-
patione ad illud a quo libertas habet diuidi
in tres dīas que sunt libertas a necessitate et
a culpa et a miseria. Si autē consideretur li-
bertas p compatione ad illud ad quod. scilicet ad
actum in quē exit. hoc potest esse dupliciter
Aut put simpliciter consideratur respectu
actus uolendi ad finem relati qui dicitur usus
uel uti. et sic attenditur libertas cōsiliū. Aut
respectu actus uolendi quietatiui. qui quidē
dicitur actus fructiōis. et penes hunc attendit
libertas complaciti. et sic patet sufficientia
utriusqz diuisionis et diuersi modi fm quos
pōdite diuisiones habēt assignari. Possent
tamē ad unā cōem rōnem diuidendi reduci
sic. Est eim considerare libertatez arbitriū
q̄tum ad esse et q̄tum ad bene eē. Si q̄tū
ad esse. sic uocatur a **Magistro** libertas a co-
actione. et a **Bernardo** libertas arbi. ab uno
positiue. ab altero priuatiue. Si q̄tum ad
bene esse cū ad bene esse concurrat duplex
bonū. uidelicet bonuz rectificans et bonū dele-
ctans. siue bonū ordinans et bonum quietas.
et p oppositū excludatur duplex malū. uide-
licet malum deformans et malum affligens.
Sic ē duplex differentia quarū una sumitur
respectu boni dirigentis. et hec dicitur liber-
tas cōsiliū a **Bernardo**. et a **Magistro** liber-
tas a culpa. Alia uero sumitur ratiōe boni
quietantis. et hec a **Bernardo** uocatur liber-
tas complaciti. a **Magistro** libertas a miseria.
Item eiz ipm quod **Bernardus** noiat
positiue siue p compationem ad terminum
ad quē. **Magister** nominat priuatiue siue p
compatione ad terminum a quo. et sic patz
diuisionū sufficientia. patet etiam respōsio
ad obiecta. Preter enim malum culpe et pe-
ne est assignare tertiam differentia libertatis
arbi. que nō sumitur respectu mali. utpote

illa que attenditur quātum ad esse. et malum
temptationis quoddāmodo habet reduci ad
malum culpe. quoddāmodo ad maluz pene.
Ad malum culpe inquantū subintrat inten-
tū. et sic facit quartū membrum ab illis
tribus diuersum. Item queritur de hoc
qd dicit. Verū nobis magis placet ut illa
sit libertas arbitriū q̄ quis liber ē ad maluz
et illa qua quis liber est ad bonum. Doc. n.
est contra **Anselmum** qui dicit qd potestas
peccandi nec est libertas nec ps libertatis.

Item etiam uidetur esse contra rationez
quia unūquodqz debet denominari a suo op-
tino. et libertas que est ab omni miseria et
culpa. hec ē ab omni miseria. ergo libez ar.
debet denominari ab illa. Item si liberū
arbitriū dicitur non solum quia est in bonū.
sed quia etiam potest in malum. cū in beatis
non possit in malum. uidetur qd equiuoce di-
catur libertas arbi. in uiatoribus et i beatis.

Sed contra hoc est. quia compatio fm ma-
ius et minus est respectu solius uniuoci. si er-
go equiuoce diceretur libez arbitriū i beatis
et in nobis. non esset maior libertas i beatis
et in nobis qd est contra **Magistru** in littera
qui differenter gradus libertatis assignat.
Propter hoc ē questio **Utrū** libertas a coac-
tione et a culpa et a miseria dicantur equo-
ue uel uniuoce. et cui primo nomen libertatis
imponitur. **Rñsio**. Dicendū qd cū nomē
imponatur rei a ppriate que ē sui inherēs
insepabiliter et essentialiter. et libertas essen-
tialis libero arbitrio non sit libertas a culpa
uel a miseria. sed libertas a coactione. ab il-
la libez arbi. habet denominari. et quoniam
hec in creaturis quantū est de se inuiterens
est ad bonum et ad malū. ideo **Magister** de
hac intelligēs dicit in littera qd libertas a q̄
libez arbi. denominatur libez. non ē libertas
ad bonum tantū. sed etiam ad malum. nō qd
principaliter respiciat malum. sed quia ac
generali nominis significatione non deter-
minatur ad bonum. licz principaliter respiciat
bonum qz malum. et p hoc patet respōsio
ad primum obiectū. Ad illud uero quod
obiectū. qd nominatio debet fieri ab optio.
Dicendū qd illud dictum est de optimo. non
quocunqz. sed essentiali et insepabili. Ad

Distinctio.

illud qđ queritur *Utrū dicat libertas equo-
uel uniuoce.* Dicendū qđ nec sic nec sic, sed
fm quādam analogiā, que ppter cōuenien-
tiam cū uniuoco recipit compatiōē fm mā-
gis i minuz. ppter cōuenientia cum equoco
recipit quādam distinctiōē multiplicatis.
Analogum enim mediū tenet inter uniuocū
i equocū. Et sic patet que quesita sunt.

Distinctio xxvi.

Hec ē grā opans i coopās. *Supra egit Magr o libero ar.
siue de adiutorio homini opato
in se. In hac uero pte agit de
ipso compato ad auxiliū gratie.* Diuiditur
autem ista ps in duas ptes. In prima deter-
minat qđum possit libez arbi. cum gratia.
In scōa qđum possit circūscripta gratia, in-
fra distinctiōe xxviiij. Id uero inconuulisse
teneamus. *Prima ps habet duas.* In
prima determinat de adiutorio gratie opans
tis i coopantis collato libero arbitrio prout
illud adiutorii compatur ad libez arbitriū.
In scōa put compatur ad habitum gratuitū
i usum sibi debitum. ibi *Hic considerandū
est cum pdictum sit.* Prima ps habz duas.
In prima determinat quid sit, siue cuius effi-
catie sit illud adiutorium gratie quod li. ar.
supadditur. In scōa uero determinat qđuz
ad uoluntatē siue ad li. ar. ordinatur. ibi *p
sa eadem tñ quedam gratie dona puenit.*
Prima ps habet tres pticulas. In prima de-
terminat quid sit illud adiutorium li. ar. sup-
additū qđum ad actum siue effectum. In
scōa uero qđum ad subiectum. ibi *Uolun-
tatem ipsaz.* Aug. in libro. In tertia pō
qđum ad ipsuz donum gratuitum. ibi *Et
si diligenter intendas.* Similiter scōa
ps principalis tres habet ptes. In prima
determinat ueritatem. ibi *Ipā eadē quedaz
tamē.* In scōa uero remouet dubitatiō-
nem. ibi *Non ē tamē ignorandū.* In
tertia uero pte subiūgit uirtutis recapitulati-
onem. ibi *Illius eiz gratie recipiende.*
Harū aut ptiū subdiuisiones manifeste sunt
in littera.

In intelligentiam huius partis
supposita gratie entitate i ne-
cessitate. quia hoc infra queret
suo loco. Queritur hic de gra-
tie quidditate. hoc eiz inqrit. *Magr in lra.*
Et circa hoc queruntur sex. Primo que-
ritur *Utrum gratia sit aliquid circa accep-
tantem uel circa acceptatum.* Scōdo da-
to qđ gratia sit aliquid circa acceptatū. que-
ritur *Utrum sit donum increatum.* Ter-
tio *Utrum sit in genere substantie uel acci-
dentis.* Quarto queritur *Utrum sit in
genere accidentis corruptibilis uel incorrup-
tibilis.* Quinto queritur *Utrum primo
insit essentie anime aut potentis.* Sex-
to i ultimo queritur *Utrum insit ad modū
pfectionis tñ. aut etiam p modū motoris.*

Circa primum sic pceditur i of-
tenditur qđ gratia dei aliquid
ponat circa gratificatum. Di-
citur enim *Johannis primo.* De plenitudine
eius accepimus gratiam p gratia. si ergo
quod accepimus in nobis est. iduina gratia
in gratificatis siue acceptatis a deo habz et.
Item primo *Corin. xij.* Diuisiones gra-
tiarum sunt. dem autē spiritus diuidens sin-
gulis. put uult. hoc autem non esset nisi do-
num gratie in singulis aliquid poneret. ergo
Si tu dicis hoc esse dictum de gratia
gratis data. Arguitur a minori qđ si gratia
gratis data aliquid ponit in gratificato. mul-
tomagis gratia gratum faciens. que maioris
est efficacie i magis reddit ipsum gratifica-
tum deo acceptabilem. Item gratia gra-
tum faciente efficitur quis dignus superna
beatitudine. sed omnis dignitas aliquid po-
nit in eo in quo est. ergo dignitas retributi-
onis eterne aliquid ponit in eo qui dignus ē
hoc autem non est nisi gratia. ergo
Item culpa ex qua deus hominem odit i re-
pbat ponit aliquam deformitatem in eo qđ
re pbat. ergo pariratione gratia ob quas
deus aliquem diligit i approbat. aliquid po-
nit in eo qui acceptatur. Item constat ali-
quem qui non est gratus deo fieri gratum.
sed hoc non est ppter mutationem aliquas
factam ex pte dei acceptantis. ergo hoc est